

Boncompagnus de Signa

Iocundari potestis et infra vestre mentis

Basilicata University Press

—

Digital Humanities

Edizioni e data-bases digitali
sotto la direzione di Fulvio Delle Donne

Boncompagnus de Signa

Iocundari potestis et infra vestre mentis

1194-1195

Iocundari potestis et infra vestre mentis archana inenarrabiliter exultare quod tam pretiosum vobis comparuit sompnum in quo desideratissimos amplexus, basia iocundissima et cetera que secuntur magnifice recepistis. Nam, si bene memini, eadem die ad eiusdem arboris pedes me recolo sompniasse quod vos ibidem videram hec omnia facientes. Ab ea siquidem hora excogitavi sedula quomodo possem vestre magnitudini in omnibus et per omnia complacere.

Verumptamen interpretari sompnum non valeo nisi mecum subeadem arbore iterum quiescatis. Properate igitur ad eundem locum post solis occasum, quoniam ibi proposui explanare sompnum et referre plurima que litteris non audeo annotare.